

das illas quarum ad ipsum pars perveniret non exigua, ablatis esse de terra Judæ : quia Saulis Judæorumque omnium, in quos summam habebat potestatem Saul, hostem se profitebatur, quasi ab illis multis esset incommodis affectus. Quare solebat, cum illi primum occurreret, interrogare, ex quo populo abduxisset prædæ, quam invasisset regionem et gentem. Cui David, ne sua proderet consilia, aut aliquo se mendacio constringeret, sic callidè moderabatur responsum, ut Achis intelligeret tentatis esse Hebræorum fines, et ab illis abactam esse prædæ. Dicebat igitur, se profectum in regionem Judææ meridionalem, cum tamen Judæa fines non attingisset, quia pars illa, quam prædabundus invaserat ad partem Judææ meridionalem pertinebat. Sic ergo dissimulabat veritatem, ut nihil veritatis falsum affingeret.

VERS. 11. — VIRUM ET MULIEREM NON VIVIFICABAT DAVID, NEQUE ADDECEBAT IN GETI, DICENS : NE FORTE LOQUANTUR ADVERSEM NOS, TIMEBAT DAVID, NE QUÆ ILLARUM GENTIUM CÆDES ET DEPRÆDATIO AD PALÆSTINOS PERMANERET ; QUARE EX TANTÀ MULTITUDINE NULLUM VOLUIT ESSE SUPERSTITIUM, NE SIBI AC SUIS, SI RES ESSET DETECTA, GRANDE MALUM INDUCERET. Illud, non vivificabat, idem valet, quòd occidebat, sicut non sanctificare, idem quòd polluere, et sanctificare idem quòd non polluere. De quo loquendi genere egimus pluribus ad illud c. 21, vers. 5 : Sanctificabitur in vasis. Quam consuetudinem servavit vigilantissimè David, quamdiu inter Palæstinos commoratus est. Ex quo prudenter conjectabat Achis, habiturum se Davidem perpetuum atque fidelem servum, cum nunquam videretur reversurus ad populum suum, quem sic concedisset plagis, et rebus ad vitam necessariis toties exuisset.

Hic multa querit Abulensis, quæ curiosus lector ab illo petet. Querit primum, q. 16, an David contra hæc gentes pugnare, et tot atterere detrimentis poterit ? Et respondet, illum non peccasse, quia Scriptura hæc Davidem beaucoup craindre de tomber dans le mensonge, puisque les saints même n'ont pu l'éviter entièrement dans les nécessités fâcheuses où ils ont été réduits. Ainsi nous devons faire souvenir avec saint Augustin cette réflexion si digne de la sainteté du christianisme, que cette vie est malheureuse en cela même qu'il est quelquefois nécessaire pour la conserver de blesser la vérité, qui nous devrait être aussi sainte et aussi inviolable que Dieu même. (Sacy.)

dis facinora inter illius peccata non commemerat. Deinde, quia licebat Israelitis alieno populo, qui in assignatâ sibi regione condesissent, occidere. Deuter. c. 20, v. 16, cum sermo esset de gentibus, quæ in terrâ Chanaanide considerant, quam filii Israel essent occupaturi, dicitur : De his civitatibus, quæ dabantur tibi, nullum omnino permittes vivere, sed interficies in ore gladii. Idem Numer. 33, v. 53. Gessuræi autem, et Gerzæi, qui aliter existimantur dici Machati, in finibus habitabant Israel, Josue c. 15, v. 15. Et licet Amalecites extra fines habitarent Israeliticis, quia erant Idumæi, tamen reges Israel mandatum acceperant à Domino, ut illos ad unum occiderent. Vide quæ nos supra, c. 15. Cum autem David rex esset designatus, et à Saule rege chiliarchus præpositus, publicam quodammodo potestatem habebat, ut eos, qui alienas occupaverant sedes, inde pellerent, non solum bonis, sed etiam vitâ mulectati, sicut à Domino fuerat ante præceptum.

Illud mirum, quomodò tamdiu celari potuit Palæstinis, prædæ, quas frequenter videbant à Davide ferri, non esse ab aliis quam ab Hebræis deportatas, cum cædes tot virorum ac mulierum, et expugnati atque vastati habitatoribus pagi magistratus excitare deberent, ut tante stragis investigarent auctores, qui sanè, si vel medicis adhiberetur inquisitio, occulari non possent. Si causas consideres humanas, nempe Davidis solertiam, locorum distantiam, quæ illa interdum quæ magnasunt, in hominum cognitionem venire non sinit, omnes levissimæ sunt. Nam licet ea quæ magna sunt, aliquando premantur, non tamen opprimuntur; erumpunt enim tandem, et rumore nuntio aures etiam implent longè distantes. Neque illa quæ gesta sunt à Davide, usque adeo fuere interjecto spatio separata, ut non à Palæstinis videri oculis, ac manu etiam contractari poterint. Quare hæc uni divinæ providentiæ tribuenda sunt, quæ sic fævit Davidis consiliis et votis, ut liberariti, ut vidimus, non semel à Saule, et res hæc, quæ naturâ suâ celari non poterant, ita moderatus est, ut nec in suspitionem ac mentem Palæstinorum venire poterint (1).

(1) VERS. 12. — MULTA MALA OPERATUS EST. Hebræus : *Fœtere faciendo fecit fœtere in populo.* Septuaginta : *Abominans, abominatus est in populo suo Israel.* (Calact.)

CAPUT XXVIII.

1. Factum est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua ut præpararentur ad bellum contra Israel. Dixitque Achis ad David : Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castris, tu et viri tui.

2. Dixitque David ad Achis : Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David : Et ego custodem capitatis mei ponam te cunctis diebus.

3. Samuel autem mortuus est, plauxitque eum omnis Israel, et sepelierunt eum in Ramatha urbe suâ ; et Saul abstulit magos et ariolos de terrâ.

4. Congregatique sunt Philisthiim, et venerunt ; et castrametati sunt in Sunam ; congregavit autem et Saul universum Israel, et venit in Gelboe.

5. Et vidit Saul castra Philisthiim, et timuit, et expavit cor ejus nimis.

6. Consulitque Dominum ; et non respondit ei, neque per somnia neque per sacerdotes neque per prophetas.

7. Dixitque Saul servis suis : Querite mihi mulierem habentem pythone, et vadam ad eam, et sciscitabor per illam. Et dixerunt servi ejus ad eum : Est mulier pythone habens in Endor.

8. Mutavit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, et abiit ipse et duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte. Et ait illi : Divina mihi in pythone, et suscita mihi quem dixeris tibi.

9. Et ait mulier ad eum : Ecce tu nôsti quanti fecerit Saul, et quomodò eraserit magos et ariolos de terrâ : quare ergo insidiaris animæ meæ ut occidas ?

10. Et juravit ei Saul in Domino dicens : Vivit Dominus ! quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem.

11. Dixitque ei mulier : Quem suscitabo tibi ? Qui ait : Samuelem mihi suscipia.

12. Cum autem vidisset mulier Samue-

CHAPITRE XXVIII.

1. En ce temps-là, les Philistins assemblèrent leurs troupes, et se préparèrent à combattre contre Israël. Alors Achis dit à David : Assurez vous que je vous mènerai avec moi à la guerre, vous et vos gens.

2. David lui répondit : Vous verrez maintenant ce que votre serviteur fera. — Et moi, lui dit Achis, je vous confierai toujours la garde de ma personne.

3. Or, Samuël était mort : tout Israël l'avait pleuré, et il avait été enterré dans la ville de Ramatha, lieu de sa naissance ; et Saül, par son conseil, avait chassé les magiciens et les devins de son royaume.

4. Les Philistins s'étant donc assemblés, vinrent camper à Sunam, dans la tribu d'Issachar ; Saül de son côté réunit toutes les troupes d'Israël, et vint à Gelboé.

5. Et ayant vu l'armée des Philistins, qui était fort nombreuse, il eut peur, et son cours se troubla.

6. Il consulta le Seigneur ; mais le Seigneur ne lui répondit ni en songes ni par les prêtres ni par les prophètes.

7. Alors, entrant dans une espèce de désespoir, il dit à ses officiers : Cherchez-moi une femme qui ait un esprit de python, afin que j'aille la trouver, et que par son moyen je puisse consulter le démon. Ses serviteurs lui dirent : Il y a à Endor une femme qui a un esprit de python.

8. Saül se déguisa donc, changea d'habits, et s'en alla, accompagné de deux hommes seulement. Il vint la nuit chez cette femme, et lui dit : Consultez pour moi l'esprit de python, et évoquez-moi celui que je vous dirai.

9. Cette femme lui répondit : Vous savez tout ce qu'a fait Saül, et de quelle manière il a exterminé les magiciens et les devins de toutes ses terres : pourquoi donc me tendez-vous un piège pour me perdre ?

10. Saül lui jura par le Seigneur, et lui dit : Vive le Seigneur ! il ne vous arrivera de ceci aucun mal.

11. La femme lui dit : Qui voulez-vous voir ? Il lui répondit : Faites moi venir Samuël.

12. La femme ayant vu tout d'un coup par-

lem, exclamavit voce magna, et dixit ad Saül : Quare imposuisti mihi ? tu es enim Saül.

13. Dixitque ei rex : Noli timere ; quid vidisti ? Et ait mulier ad Saül : Deos vidi ascendentes de terrâ.

14. Dixitque ei : Qualis est forma ejus ? Quæ ait : Vir senex ascendit, et ipse amictus est pallio. Et intellexit Saül quòd Samuel esset, et inclinavit se super faciem suam in terrâ, et adoravit.

15. Dixit autem Samuel ad Saül : Quare inquietasti me ut suscitarem ? Et ait Saül : Coarctor nimis ; siquidem Philistinorum pugnant adversum me, et Deus recessit à me, et exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per somnia : vocavi ergo te ut ostenderes mihi quid faciam.

16. Et ait Samuel : Quid interrogas me, cum Dominus recesserit à te, et transferat ad amulum tuum ?

17. Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu meâ, et scindet regnum tuum de manu tuâ, et dabit illud proximo tuo David ;

18. Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalec : ideò quod pateris fecit tibi Dominus hodie.

19. Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philistinorum ; cras autem tu et filii tui tecum eritis, sed et castra Israel tradet Dominus in manus Philistinorum.

20. Statimque Saül cecidit porrectus in terram ; extimuerat enim verba Samuelis, et robur non erat in eo, quia non comederat panem totâ die illâ.

21. Ingressa est itaque mulier illa ad Saül (conturbatus enim erat valde), dixitque ad eum : Ecce obediit ancilla tua voci tuæ, et posui animam meam in manu meâ, et audivi sermones tuos quos locutus es ad me :

22. Nunc igitur audi et tu vocem an-

tre Samuel, sans qu'elle eût fait aucun enchantement, jeta un grand cri, et dit à Saül : Pourquoi m'avez-vous trompé ? car vous êtes Saül.

13. Le roi lui dit : Ne craignez point. Qu'avez-vous vu ? J'ai vu, lui dit-elle, comme un dieu qui sortait de la terre.

14. Saül lui dit : Comment est-il fait ? — C'est, dit-elle, un vieillard couvert d'un manteau. Saül reconaut donc que c'était Samuel ; et, sans qu'il le vît, il lui fit une profonde révérence en se baissant jusqu'à terre.

15. Alors Samuel dit à Saül : Pourquoi avez-vous troublé mon repos en me faisant évoquer ? Saül lui répondit : Je suis dans une extrême angoisse : les Philistins me font la guerre, et Dieu s'est retiré de moi ; il ne m'a voulu répondre ni par les prophètes ni en songes : c'est pourquoi je vous ai fait évoquer, afin que vous m'appreniez ce que je dois faire.

16. Samuel lui dit : Pourquoi vous adressez-vous à moi, puisque je vous ai dit positivement que le Seigneur vous a abandonné, et qu'il est passé du côté de votre rival ?

17. Car le Seigneur vous traitera comme je vous l'ai dit de sa part : il arrachera votre royaume de vos mains, pour le donner à David votre semblable,

18. Parce que vous n'avez point obéi à la voix du Seigneur, ni exécuté l'arrêt de sa colère contre les Amalécites ; c'est pour cela que le Seigneur vous envoie aujourd'hui ce que vous souffrez.

19. Il livrera même Israël avec vous entre les mains des Philistins. Demain vous serez avec moi, au rang des morts, vous et vos fils ; et le Seigneur abandonnera aux Philistins le camp même d'Israël.

20. Saül tomba aussitôt et demeura étendu sur la terre, car les paroles de Samuel l'avaient épouvanté, et les forces lui manquèrent, parce qu'il n'avait point mangé de tout ce jour-là.

21. La magicienne vint à lui, dans le trouble où il était, et lui dit : Vous voyez que votre servante vous a obéi, que j'ai exposé ma vie pour vous, et que je me suis rendue à ce que vous avez désiré de moi :

22. Ecoutez donc aussi votre servante, et

cilla tuæ, et ponam coram te buccellam panis, ut comedens convalescas et possis iter agere.

23. Qui renuit, et ait : Non comedam. Coegerunt autem eum servi sui et mulier, et tandem, auditâ voce eorum, surrexit de terrâ et sedit super lectum.

24. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, et festinavit et occidit eum, tollensque farinam miscuit eam, et coxit azyrna,

25. Et posuit ante Saül et ante servos ejus. Qui cum comedissent, surrexerunt et ambulaverunt per totam noctem illam.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM IN DIEBUS ILLIS, CONGREGAVERUNT PHILISTINUM AGMENA SUA. Cùm jam fermè quartum mensem in terrâ Philistinorum complexisset David, habuerunt Philistinii, sicut antea sæpè, maximos militum delectus, quos in Hebræorum fines educerent. Tunc Achis admonuit Davidem, ut se ac suos ad expeditionem illam compararet ; cui David suam prolixe promisit operam, quasi sui in regem amici, atque virtutis editurus esset illustre documentum. De cujus fide, atque virtute bellica cùm nullo modo dubitaret Achis, illius cohortem sui capituli voluit esse custodem. Quare suo lateri semper adesse jussit.

Hoc loco multa dubitant et querunt interpretes. Primum, quo sensu dixerit David, tunc cogniturum esse Achis, quid facturus esset, nempe in ipso pugne congressu. Verba enim nihil certò delinunt, neque magis Philistinorum, quàm Hebræorum rationibus favent. Lyra pugnaturam putat fuisse Davidem contra Saulem pro Philisthæis ; quod eâ ratione probat, quia aliter infidelis esset Philistinorum regi Achis, à quo multis fuerat non soùm tectus, sed etiam ornatus modis, cui sui capituli custodiam crederat, et de cujus virtute ac fide summa sperabat omnia ; quem securum et incantum in fraudem et periculum impulsisse sine gravi peccato non posset. Neque desunt graves aliquot cause tum ex parte Saülis, tum ex parte Davidis, quæ ipsam ab omni eximerent suspitione flagiti. Ex parte quidem Saülis, quia fieri potuit, ut aliqua pacta cum Philisthæis iniita legitime violaverit, quales essent induciæ ad certam aliquod tempus,

souffrez que je vous serve un peu de pain, afin qu'ayant mangé, vous repreniez vos forces, et que vous pussiez vous mettre en chemin.

23. Saül le refusa et lui dit : Je ne mangerai point. Mais ses serviteurs et cette femme le contraignirent de manger ; et s'étant enfin rendu à leurs prières, il se leva, et s'assit sur le lit de la table.

24. Or cette femme avait dans sa maison un veau gras, qu'elle alla tuer aussitôt ; elle prit de la farine, la pétrit, et en fit des pains sans levain,

25. Et elle servit devant Saül et ses serviteurs ce qu'elle avait préparé. Après donc qu'ils eurent mangé, ils s'en allèrent et marchèrent toute la nuit pour se rendre à l'armée.

et alia, quæ inter hostes solent sanctè servari. Quod quidem mirabile non est, cùm maligno ageretur spiritus, utpote arripitius, et sæpè quam dederat Davidi fidem, violâret. At ex parte Davidis, quia ille jus habebat ad regnum, quod Saül injustus possessor occupabat. Quare ut illud sibi ab injusto possessore vindicaret, bellum inferre potuit, et ad illud uti Palestinis adiutoribus. Quòd autem Palestinæ subjugare sibi noluerint Hebræorum imperium, et illius compellari reges, ex eo probat, quia Saule caeso, et Hebræorum exercitu profligato, nihil curârunt amplius ; imò Isboeth Saülis filius rex ab exercitu et populo appellatus est. Hæc Lyra, in cujus sententiam Glossa interlinearis inclinât, quæ ad illud : Nunc acies quæ facturus est serpens tuus, addit : Pro te contra hostes tuos. Neque aliud videtur sentire Vatablus, qui verba proxima in hunc modum exponit : Si ita decreveris (nempe ut tecum, ô Achis, in prælium egrediar), vide quid me velis facere.

Contrarium omninò placet Cafetano, in quam cogitationem his maximè conjecturis adducit. Quia tam longè erat, ut Saülis optaret interitum, ut auditâ illius cade vestem discederet, quod in dolore summo faciebant Hebræi, et in illum egit capitali poenâ, qui de occiso Saule pretiosa ab illo expectabat evangelia. Addo ego, quia cum aliquando illum tutò ac facili interficere potuisset, ab illius tamen cade manus abstinuit. Quòd autem proderet volnerit Achis, et cum illo consiliis agere fraudulentis, non putat creditum difficile, cùm ingratus fuerit Jonathan, privando filium ejus mediocritate honorum, et ingratus et proditor Uriæ, quem fraudulentis consiliis interemit.

Hæc Cajetanus, cuius etiam sententiæ favet, quòd si David pro Palestinorum rege pugnare contra Saulem voluisset, dixisset hoc verbis non obscuris, quæque in contrarium possent detorqueri sententiæ, sed expressè aliquid, ac definitè significantibus, quò majorem sibi à rege gratiam iniret. Cum Cajetano consentit Abulensis q. 5.

Burgensis mediam quamdam ingreditur viam, et primùm argumentis Lyræ, multò firmiter opponit argumenta; quod etiam facit Abulensis q. 5, et tandem dicit, profecturum quidem fuisse Davidem cum Achis, nisi prohibuissent Palestinorum satrapæ. Quid autem ibi facturus fuerit, nondùm statuisset, sed rem totam divinæ voluntati atque providentiæ permisisset. Atque ideò consultò nil affirmasse certò, sed tantùm visurum esse regem, quid ipse, cum pugnandi adforet articulus, facturus esset. Quà verò ratione Deus et famæ, et conscientiæ Davidis consuluerit, capite statim proximo consabit. Neque enim pugnavit contra Saulem, neque quam alligarat Palestinorum regi prodidit fidem; hæc sententiæ minùs nihil videtur impedita (1).

(1) VERS. 2. — Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Argumenta Iulii Iosephi et servituti apertissima tibi exhibebo; nunc dabo specimen virtutis meæ bellicæ, et mei in te studio. Propus hic est verborum sensus; nec aliter accipiebat Achis, neque aliter quisquam accipiet, qui animum præjudicis vacuum servabat. Quis autem affirmet, hæc spectasse Davidem, et in hæc re intims animi sui sensus sincerè expressisse? Profectò si ille verborum ambagibus utendum sibi censuit, si incerto hæc et ambiguo sermone regi nihil polliceri, sed tantùm fallere hominè, officiosis verbis molihatur, animo tamen certus nihil eorum præstandi, quæ ex ipso expectabantur, statuitque opportunum tempus operiri, quo Numini providentiæ suam ipsius idem solveret, integrâ nominis sui famâ et conscientiâ; si hæc, inquam, spectabant Davidis verba, actum est de ejus sinceritate et æquitate. Si verò arbitris, sponsonè hæc sua, fore ut qualis futurus esset, exhiberet, nihil aliud intellexisse, quàm quòd patris gentis suæ, relictis Philistæis, propugnaturus esset, vel denique quòd otiosus inter utrosque mansurus esset; tunc utique Davidi aliquid probò viro indignum tribuatur, illum nempe ita se gessisse, ut æterna invidia tot ab illo egregiè gestis creetur, Davidem statuisset arma jungere cum Philistæis adversus populum suum, æque in re nihil in leges justitiæ deliquisse, quippe qui justo bello decertaret pro rege sibi foederato, qui sua ipsius iura in regnum Israël adversus Saulem, iniquum usurpatorem et inimicum, tueretur; hæc, inquam, si reputemus, reus agitur David in leges

VERS. 5. — SAMUEL AUTEM MORTUUS EST, PLANXITQUE EUM OMNIS ISRAEL. Accommodatè ad hoc tempus iterat sacer historicus, quod e. 25 ante narraverat de morte Samuelis, quia in summis rerum angustiis, cum ad manum ut antea solitus, Samuelem non haberet, spiritum consuluit pythœicum, et veneficæ feminæ magicis carminibus Samuelem sibi excitari studuit. Porro hic præteritum perfectum pro plusquam perfecto positum est, quod apud Hebræos non est infrequens, cum tempore careant plusquam perfectò. Exempla habes non pauca apud Salmeronem proleg. 25, regulâ 4. Erit ergo sensus minùs obscurus, si ita legas: *Samuel autem mortuus fuerat, planxeratque eum omnis Israel.*

ET SAUL ABSTULIT MAGOS ET ARIOLOS DE TERRA. Hoc etiam hic traditur, licet alieno loco, quia id exigit historia. Dicitur enim Pythônissa mulier ideò timuisse magicas artes exercere, ne ad Saülis aures aliquando permaneret. Quo tempore perniciosum hoc hominum genus regio edicto sublatum fuerit à Saül, incertum est. Potuit sanè hoc curasse Saül, cum primùm regnum inivit, ut sublatis dæmonum oraculis, seu fallacibus, callidissiq; responsis, ad Deum omnes consulendum accederent, resque publica magis ex divinâ, quàm diabolica voluntate regeretur, quod maximè honorum atque prudentium conciliare potuit voluntates. Seu certè posterioribus diebus, cum jam frequenter à dæmone vexatus, minùs apud alios esset in amore ac pretio, quasi minùs haberet religionis, eum minùs in rerum administratione consiliis, et in servandâ fide constantiâ minùs, inò et frè nihil habuisset. Quocirca, ut religiosi animi aliquid ederet publicum et illustre testimonium, edicto cavuit, ne ullus deinceps in suo regno permitteretur vivere, qui magicis artibus, et fallacibus responsis, minùs credulum et stultum populum deladeret. Justinus Martyr, q. 52 ad gentes, aliam adducit causam: « Divinatrices, inquit, abstulit Saül, eo facto

maximè naturales, ut illudoni suæ satisfaciatur; servatiq; ejus fide erga regem foederatum, ejus officium in patriam, fratres, regem, ac denique in conscientiam suam pessumdabunt. Ut igitur David excusetur, id solum sufficit, quòd nimis propèrè atque imprudenter idem suam ad sociandam cum Achis in eâ expeditione, arma obligaverit.

CUSTODES CAPITIS MEI PONAM TE CUNCTIS DIEBUS. Septuaginta: *Principem custodiæ corporis ponam te cunctis diebus.* Argumentum, quantum Achis Davidi dederat (Calmet.)

« se Deum conciliaturum sperans, ut suam ille sententiâ, quæ eum ut regno indignum repudiaverat, mutaret. Non ariolorum odio habens impietatem, sed regni adamans administrationem. Et quia consilium ejus Deus non probavit, propterea eum ita reliquit, ut illos is requireret, quorum non bono instituto patraværet eodem.»

VERS. 4. — CONGREGATIQUE SUNT PHILISTINII, etc. Eduxerunt Philistinii exercitum in Sunam; contra hos Saül quàm maximas potuit copias armavit, protulitque in montes Gelboe. Cumque Palestinorum castra attentè prospiceret, eorumque et numerum, et ordinem, totumque militarem instructum esset contemplantus, vehementer expavit (1).

VERS. 6. — CONSELITIQUE DOMINUM, ET NON RESPONDIT EI, NEQUE PER SOMNIA, NEQUE PER SACERDOTES, NEQUE PER PROPHETAS (2). Multis modis consuevit Dominus suam hominibus voluntati et futuris rerum eventus significare. Per somnia, ut fecit Nabuchodonosori, Pharaoni, Laban, utriusque Joseph, sponso videlicet Virginis, et Patriarchæ, qui Ægyptum fame et inopiâ levavit. Quod tamen Saül, cum ma-

(1) VERS. 4. — IN SUNAM. Urbs est tribus Issachar, quàm Eusebius et S. Hieronymus collocant 5000 passibus ab Hermon, meridiem versus. Procul non aberat à torrente Gison, qui in valle Jezreelis fluebat.

VENIT IN GILBOE. Montes sunt ad meridiem vallis, in qua Sunam. (Calmet.)

Saül consulta le Seigneur; mais il ne lui répondit, ni par les songes, ni par les prêtres, ni par les prophètes. Nous voyons en plusieurs endroits de l'Écriture, que Dieu avertit les hommes en ces trois manières: 1° Il leur parle en songe, comme il a parlé à Jacob, à Salomon, à saint Joseph dans l'Évangile, et à beaucoup d'autres. 2° Il leur parle par les prêtres. C'est ainsi que nous avons vu suparavant qu'il a parlé à Saül ou à David, qui a dit souvent à Abiathar qu'il se revêtit de l'éphod, pour apprendre ce que Dieu désirait de lui. 3° Il leur parle par les prophètes, comme il a fait savoir à Saül sa volonté par Samuël, et depuis à David par le prophète Nathan.

Saül tâcha pour lors de reconnaître la volonté de Dieu en quelque'une de ces trois manières; mais Dieu ne lui répondit point. Samuël pendant sa vie avait fait savoir à Saül les ordres de Dieu, et Saül les avait violés. Ce prince témoigne maintenant les vouloir connaître, et il ne se trouve personne qui les lui découvre. Car il est juste que Dieu, dans cette vie, où il dissimule avec une si extrême douceur les injures d'eux par son silence; et qu'après qu'ils l'ont méprisé lorsqu'il leur parlait, il ne les méprise lorsqu'ils semblent vouloir encore entendre sa voix, et qu'il ne leur parle plus. (Sacy.)

ximè cuperet, concessum non est. Ex Hebræorum sententiâ tradit Hieronymus, soloere Judæos, cum per somnia aliquid à Deo offerri sibi volunt, jejunare prius, et orationi vacare. Unde hoc suspirant, ipsi vident. Dicunt tamen, Saulem, cum Deum per somnia consultum esse vellet, id omisisse, atque ideò nullum per quietem accepisse responsum. Neque per sacerdotes, quorum nonnullos fuisse cum Saule non est improbabile: nam licet omnes sacerdotes, quotquot erant in Nobe, ubi tunc erat tabernaculum, occidisset, tamen alii plurimi erant sub id tempus in variis Israëliticæ terræ finibus dispersi, quos nullo modo tetigit Saül, quia cum procul essent à Nobe, neque consilio, neque auxilio adjuvère Davidem. Fuisse autem eo tempore plurimos, ex eo liquet, quia David 4 Paralip. c. 24, id est, paulò post hæc tempora, sacerdotes in sedecim classes, seu ordines divisit.

Sed dies, non alio modo solitos esse sacerdotes Deum consulere, quàm per ephod, quod cum secum abstulisset Abiathar supra c. 25, v. 6, non erat per quod sacerdotes alii Deum consulere potuerint. Respondet Abulensis, q. 14 et 15, non fuisse in tabernaculo, aut inter sacerdotes unum tantum ephod, sed plura, sicut alia sacerdotum ornamenta non fuisse simplicia, sed pro majori minorive dierum solemnitate alia atque alia adhibebantur. Quare potuit esse ephod, vel antiquum Abiathar ad Davidem congeret, vel certè quod postea à sacerdotibus consecratum est, ne ad similes casus hoc divini oraculi magnum instrumentum deesset. Et quidem adhibitum fuisse ephod ad hanc Saülis interrogationem, ex eo constat: nam ubi Vulgatus habet per sacerdotem, Hebræicè est *בְּיָמָיו בְּאֵרִים*, id est, per splendores, aut illustrationes. Urin autem fuisse in ephod, res est satis nota. Fuisse quoque in Saülis exercitu Prophetas, non videtur difficile, cum propè Gabaa patriam Saülis fuerit ille Prophetarum chorus, in quo Saül ipse antè prophetaverat, supra c. 10. Cum ergo nihil non tentasset Saül, ut à Deo responsum aliquid exprimeret, Deus tamen illi quem jam tanquam indignum à regni sede, inò ab hominum societate deiecerat, nullum reddidit ad interrogatæ responsum.

VERS. 7. — QUERITE MIHI MULIEREM HABENTEM PYTHONEM (1). Pythius Apollinis domer est, seu quia pythionem serpentem interfecit,

(1) Hebræus ad litteram: *Querite mihi mulierem habentem ob*, vel, ut alibi legitur, ha-

seu quia illius inter gentes præcipua existimabantur oracula; id enim indicat verbum Græcum *προφητεία*. Unde qui ab hoc existimantur allari, exagitari, impleri, seu aliqua, illustrari

bentem obiti. Postrema hæc verba usurpantur interdum de utroque sacro ex corio, liquoribus continendis; quasi scilicet inueneretur, feminas divinatrices inter loquendum intumescere, velut aliquid in ventre continerent. Septuaginta: *Quærite mihi feminam ventrioloquam, vel ex imo ventre loquentem.*

Endor, urbs est in valle Jezraelis, ad radices montium Gelboe, in quibus exercitus Saulis casrametatus erat. (Calm.)

Saul ait à ses officiers: Cherchez-moi une femme qui ait l'esprit de Python, c'est-à-dire un esprit de divination et de magie. On peut remarquer dans cet exemple de Saul un étrange renversement de l'esprit humain. Quand Samuel est venu dire à Saul de la part de Dieu qu'il combattit les Amalécites, qu'il l'assurait de la victoire, mais qu'il exterminerait toute cette nation, parce qu'elle avait mérité d'être traitée de la sorte, il n'a obéi ni à Dieu ni à son prophète, et il a fait tout le contraire de ce qui lui avait été commandé. Et maintenant, après avoir rejeté les avis de Samuel pendant sa vie, il a recours au démon et à la magie pour le ressusciter après sa mort, afin qu'il apprenne de lui ce qu'il peut espérer du secours de Dieu dans l'extrême péril où il se trouve.

Cet égarement d'esprit qui paraît en ce prince à quelque rapport à la conduite irrégulière de quelques-uns, qui ayant en le bonheur d'être éclairés par quelque grand serviteur de Dieu, sans qu'ils aient cessé pour cela de faire leur propre volonté, après que Dieu a retiré à lui ces personnes, et qu'il en a mis d'autres en leur place, qui sont animées du même esprit, quoiqu'en un degré inférieur à celui de ces premiers, en appellent toujours à la mémoire des morts, et se servent de l'estime qu'ils témoignent avoir pour une excellente personne qui n'est plus, afin de justifier le peu de soumission qu'ils ont pour ceux qui remplissent leur place, et qui les pourraient servir très-utilement s'ils les considéraient comme les organes que Dieu a choisis pour leur apprendre sa volonté.

On peut dire alors que c'est en quelque sorte vouloir ressusciter Samuel après sa mort, sans considérer qu'on ne lui a point obéi pendant sa vie. Et c'est parler comme le Saint-Esprit que de dire que cette action tient quelque chose de la magie à laquelle Saul eut alors recours, puisqu'elle n'a point d'autre principe que de ce qu'on ne veut pas se soumettre à l'ordre de Dieu, et de ce que l'on préfère sa propre volonté à la sienne, qui est un dérèglement auquel Samuel, en reprochant à Saul sa désobéissance, ne craint pas de donner le nom de magie. *Quasi peccatum arlotandi est, nolle acquiescere.* (Sacy.)

La pythonisse d'Endor, qui évoqua l'ombre de Samuel, est assez connue. Il est vrai qu'il est fort étrange que ce mot *Python*, qui est grec, fut connu des Juifs du temps de Saul. Plusieurs savants en ont conclu que cette histoire ne fut écrite que quand les

cognitione, *pythii* dicuntur, aut *pythia*, seu pythonisse, qualis fuit Sibylla Cumæa apud Virgilium l. 6 *Æneid.*, et illa puella, de qua Actor. 14. Species plurimas pythionici spiritus

« Juifs furent en commerce avec les Grecs, « après Alexandre. » Ces prétendus savants devraient aussi conclure que le Deutéronome et le Lévitique sont postérieurs à Alexandre. Écoutez là-dessus le même incroûlé: « On « peut remarquer encore qu'il est bien étrange « que le mot *Python* se trouve dans le Deuté- « ronome, long-temps avant que ce mot grec « ait été connu des Hébreux: aussi n'est-il « pas dans l'hébreu. » Quoi! il est étrange et « bien étrange qu'un mot grec qui ne pouvait « être connu des Hébreux ne se trouve pas dans « l'hébreu! Il nous paraît qu'il n'y a rien ici d'é- « trange, que cette étrange façon de raisonner. Le mot, qui dans l'original répond à *pythionis- « cus spiritus*, est *ob*. C'était un esprit ou démon qui parlait à voix basse de la tête, des asselles, ou des parties de la génération d'un devin ou du mort. Au troisième livre des Rois, *ob* parle par la partie de la génération de la pythonisse. L'original l'appelle *femme qui a un ob*; les Septante, *quæta engastrimothon*, femme qui parle du ventre, ou qui a dans le ventre un démon qui répond à ceux qui l'interrogent. Au verset suivant *ob* est appelé *spiritus ventrioloquis*, esprit qui parle par le ventre.

Observons que les Septante et les Pères de l'Église grecque, en parlant de la *pythonisse*, ne se servent jamais de ce terme *Python*, mais toujours de celui d'*engastrimothos*. Le terme de *Python* est des Grecs postérieurs, comme le regarde Hésychius, au mot *engastrimothos*.

Nous savons bien que des gens ne veulent pas croire qu'on puisse parler, en répondant d'une voix sourde qui paraît sortir du creux du ventre, et comme de dessous la terre. Mais divers savants modernes, entre autres Engubinus, Cœlius Rhodiginus, Olearius, etc., attestent qu'ils ont vu des hommes et des femmes *ventrioloques* ou *engastrimothos*, qui répondoient du ventre. Il y en a même des exemples plus récents. L'auteur du Dictionnaire de Trévoux, art. *Ventrioloque*, raconte qu'il a connu un ouïcier ventrioloque qui, à l'armée, s'amusait quelquefois à donner l'alarme à ses camarades en parlant de cette manière. M. l'abbé de la Chapelle a donné un traité sur les *ventrioloques*, où il raconte en détail ce qu'exécute le ventrioloque de Vienne en Autriche et celui de Saint-Germain-en-Laye. Enfin nous avons vu nous-mêmes un ventrioloque genevois, nommé Comte, qui faisait partir sa voix d'endroits différents, à sa volonté, tantôt d'une cave, tantôt d'un galetas, tantôt du milieu de la rue où il n'y avait aucun passant, etc. D'où nous pouvons conclure que la plupart des ventrioloques anciens n'étaient que des imposteurs. Revenons à Voltaire.

« La réputation de l'oracle de Delphes, « ajouta-t-il, pénétra jusque dans l'Asie-Mi- « neure, dans la Syrie, et enfin jusque dans « la Palestine; il est très-raisonnable que la « Pythonisse d'Endor est une de ces genses « qui tâchent de gagner leur vie à miter, « comme elles pouvaient, la Pythie de Del-

enumerat Abulensis, q. 22, quas hoc loco referre longè esse negotii, et ad nostrum institutum non admodum necessarii. Tantum dico, duo esse pythionum genera, quia eorum

« phes. » Tous les savants avaient cru jus- « qu'ici que les Grecs avaient tiré de l'Orient, « surtout des colonies phéniciennes, leurs usages, « leurs fables, leurs superstitions et en particu- « lier l'art de la divination, pratiqué de toute « antiquité chez les Égyptiens et les Chananéens. Le critique lui-même est convenu que les Phéniciens ont éclairé la Grèce et lui ont donné l'alphabet. Aujourd'hui ce sont les Grecs qui, même avant le temps de Saül, enseignent l'art de la divination aux habitants de la Palestine. Laissons ce paradoxe dénué de preuves et contraire à l'histoire, mais remarquons que l'histoire de la Pythonisse d'Endor est une preuve irréfragable qu'au temps de Saül l'existence des esprits invisibles, et la subsistance des âmes après la mort, étaient des dogmes constants chez les Hébreux. Nous ne pensons pas, au reste, que ce fut en vertu de l'évocation de la magicienne que Samuel apparut et annonça à Saül sa destinée; ce fut en vertu du décret de Dieu qui voulut que son arrêt lui fût prononcé par le prophète dont il avait tant de fois mépris les avertissements.

« Mais pourquoy Saül tira-t-il le combat? » C'est qu'il n'était plus en son pouvoir de l'éviter. À prés avoir entendu cet arrêt foudroyant, il marcha toute la nuit pour arriver à son camp qui est attaqué le lendemain à la pointe du jour, il est clair que le combat fut de la part de Saül un coup de désespoir.

« L'ombre de Samuel était venue de l'enfer « avec son manteau; a-t-on des manteaux en « enfer? Samuel apparut sous la forme sensi- « ble, sous laquelle Saül l'avait vu sur la terre, « afin qu'il sût tout d'un coup que c'était lui.

« Saül ne vit point Samuel, puisque sur le « portrait que la Pythonisse lui fit du person- « nage qu'elle voyait, il se prosterna la face « contre terre. » Le texte porte formellement que *Saül connut* que c'était Samuel. Il ne pouvait d'ailleurs méconnaître l'air et la voix du prophète; c'est donc parce qu'il le reconnut très-bien qu'il se prosterna par frayeur et par respect.

« Samuel dit à Saül: Tu seras demain avec « moi. Saül sera-t-il sauvé? sera-t-il damné? « Samuel est en enfer, mais il n'est pas proba- « blement dans l'enfer des damnés; il est dans « l'enfer des élus. » Le mot enfer ne se trouve pas dans tout le chapitre qui contient cette histoire, et ces paroles de Samuel: *Vous serez demain avec moi*, signifient: *Vous serez au nombre des morts comme moi.*

« Dieu n'avait pas besoin de faire un miracle « pour apprendre à Saül qu'il serait tué par « les Philistins, et qu'il périrait dans la bataille. « Si Dieu ne faisait des miracles que quand il en a besoin, il n'en ferait jamais, puisqu'il est le maître de faire agir les causes physiques comme il lui plaît et sans que le cours de la nature paraisse dérangé ou interrompu.

« Enfin faire paraître Samuel en consé- « quence de l'évocation de la Pythonisse, « c'était convaincre les assistants de l'efficacité

hoc loco meminit sacer historicus. Quidam sunt, quorum corpora obsidet et implet pythius, id est, dæmon, et per hominem sic affectum sua fundit oracula; quæ erat Sibylla apud Virgilium l. 6, et puella, de qua Act. 14. Qui verò talia à pythionico spiritu patiantur, *ἑγγαστριμωβοί* vocantur, id est, qui de ventre loquuntur, aut quorum spiritus, seu halitus, et in illorum ore, à dæmone, qui in ventre, aut visceribus latet, verba formantur. Hi à Saule exterminati dicuntur, ut habes in aliquot latinis, vulgatisque translationibus, quæ v. 5 habent: *Et interfecit eos, qui pythones habebant in ventre.*

Alli sunt *pythones*, quia in assumptis corporibus loquuntur, et quia à diabolo per assumpta corpora responsa captant, spiritum dicuntur habere pythionium. Hi verò existimantur evocare mortuorum animas, quæ manes appellatur, ut ab illis aliquid, quod mortalium assequi non potest intelligentia, sciscitentur. An verò anima illæ verè sint mortuorum, aut certè species quædam, et inanes umbræ à dæmone objectæ, qui harum fraudum ac spectrorum callidissimus est et maximus architectus, alia quæstio est, de qua mox aliquid. Illud certum, sic existimari non à gentilibus modò, sed etiam ab Hebræis, ut sanè videtur Saül existimasse, et illi, quos ipse in consilium et societatem adhibuit Pythonissæ querendæ. De hæc manium evocatione, sua excitatione, quæ *ψυχαγωγία*, seu *νεκρομαντία*, id est, per mortuos divinatio, multa gentiles. Virgilius in *Pharmacœtria*:

*Hic ego sæpè lupum fieri, et se condere sylvis
Mærin, sæpè animas imis excire sepulcris.*

Atque satas alio vidi traducere messes.

Et lib. 4. *Æneid.*, sic Dido ad sororem de veneficiâ:

*Nocturnosque ciet manes, magire videbis
Sub pedibus terræ.*

Horatius satyrâ 8:

Crur in fossam confusus, ut inde

Manes elicerent, animas responsa daturas.

Longum esset recensere omnia, que hæc de re prodiderunt antiqui. Quis porrò ritus, que cæremoniae adhiberi soleant ab his veneficiis ad evocandas animas, tradit Horatius supra,

« de son art. » Le trouble dont la Pythonisse fut saisie en apercevant ce prophète fut plus que suffisant pour démontrer qu'il n'apparaissait pas en vertu du pouvoir de cette femme, puisqu'elle fut étonnée elle-même du succès de l'évocation: il n'y eut donc aucun danger d'erreur pour les assistants. (Duclos.)

sieneea in Oedipo, Lucanus lib. 6. Tu plura vide apud Martinum del Rio l. 4. Magie c. 2, q. 6, sect. 2.

Hi verò manes, seu mortuorum animæ non excitantur verborum, seu characterum efficacia, aut ullâ demonum arte, sive potentâ dæmonum; sed quædam finguntur mortuorum imagines, seu inanes umbræ, quibus vivorum oculis specie vanâ dæmones illudunt. Ita Tertullianus l. de Animâ c. 57. Latè hæc de re 26, q. 3, e. 14, et ibi Augustinus. Ex quo apparet, nullo modo excitatum à Pythonissâ Samuelem.

Ille porrò gravis est quæstio, an verè ac propriè excitatus fuerit Samuel, vel tantùm illius Sauti ac Pythonissæ apparuerit phantasma. Ex antiquis Patribus nonnulli crediderunt, non verum Samuelem, sed illius umbram apparuisse Sauti, eo argumento persuasi, quòd nulla sit magica, aut humana seu creata facultas, quæ possit esse destinata à Domino loco manes, seu animas evocare; et multò minis eas quæ sunt in evocator sinu, et Domini complexu. Ita Tertullianus lib. de Animâ c. 57; Justinus q. 52, ad Gentes; Augustinus l. qq. veteris Testamenti q. 27, et l. 2 de Doctrinâ christianâ c. 25; utrumque habetur 26, q. 3, c. Nec mirum. Hieronymus Matth. 6, vocat *Samuelis phantasma*. Basilus in c. 8 Isaie, ascendentes deos, dæmones esse dicit, qui tamen mutatâ sententiâ, ep. 80, animam dicit fuisse Samuelis. Rupertus in hunc locum c. 17; Isidorus l. 8 Orig. c. 9. Inter alia, quibus suam sententiam confirmant Augustinus et Rupertus, hoc addunt quasi non infirmum hujus cogitationis argumentum, quia Samuel, aut, ut ipsi putant, Samuelis umbra dicit Sauti, die crastinâ Sautem et illius filios secum esse futuros, id est, eodem loco: at eodem loco non fuerunt Samuel et Sauti, cum longè diversa fuerit illorum vita, diversa æmrita.

Nihilominus vera est, et penè communis posteriori seculo sententia, verum esse Samuelem, à quo Sauti futuros rerum eventus sine ullo errore atque illusionè didicit. Ita Augustinus l. de Curâ pro mortuis agendâ c. 45 et 46, ubi priorem sententiam apertè mutavit. Ambrosius l. 4 in Lucam c. de Zachariâ turbato: Samuel, inquit, post mortem se à cunctis Scripturæ testimoniis futura non tacuit. Justinus Martyr Dialogo cum Tryphone, ex eo probat animas relicto ac dissoluto corpore manere supersites, quòd Samue-

lis anima apparuit Sauti. Quare aut mutavit sententiam, aut: quæstiones illæ ad Gentes, ut nonnullis placet, à Justino non sunt. Basilus Epist. 80; S. Thomas 1 p. q. 89, a. 8, ad 2, ait negari non posse non esse umbram, sed animam Samuelis, quæ Sauti prædixit, quis illum in diem crastinum exitus maneret, dummodò Ecclesiastici admittatur auctoritas: at hoc tempore S. Thomas canonicam illi libro auctoritatem non negaret. Idem tenent omnes, quorum in libros Regum extant Commentarii: Abulensis, Cajetanus, Dionysius, Lyra, Hugo. Item Franciscus Suarez in 5 p. S. Th. t. 2, q. 52, disp. 42, sect. 2; Bellarminus t. 1, l. 4, c. 14; Martinus del Rio l. 2 Disquis. magic. q. 6, et q. 26, sect. 4; Vallesius de sacrâ Philosophiâ c. 55. Adde Josephum l. 6 Ant. c. 15. Neque ratio deest gravis ex sacræ Scripturæ testimonio desumpta: nam juxta Septuaginta translationem l. 1 Paralip. c. 10, in fine, apertè dicitur visus esse Samuel: *Inierogavit Saut in ventriloco ad querendum, et respondit ei Samuel propheta.*

Sed est locus illustris, cui si antiqui Patres fidem inesse canonicam cognovissent (antiquis enim temporibus nihil erat de hujus libri auctoritate definitum, ut constat ex S. Thomâ supra citato), aliter sine dubio fuissent locuti. Est autem hæc de re illustre testimonium Ecclesiastici c. 46, ubi illa de Samuele narratur, quæ nullo modo in Samuelis umbram et speciem inanem convenire possunt. Illa porrò, quæ de Samuele dicuntur, omnia propriam habent, et historicam fidem, non figuratam, et secundum nudam et externam speciem; quare hoc etiam historicam habeat fidem oportet. *Et post hæc, inquit (dixerat autem quæ non ad speciem et figuram simulata, sed quæ ad rei veritatem historicè contigerunt), dormivit, et novum fecit regi, et ostendit illi finem vite sue; et exaltavit vocem ejus de terrâ in prophetiâ delere impietatem gentis.* Loens hic illustris totus in laudando Samuele consumitur à v. 16, ad finem usque capituli, ubi brevi quâdam complexione omniâ fermè Samuelis gesta narrantur. At si tantùm apparuisset Samuelis umbra, et hæc veterario dæmonis officio simul acta, quæ esset Samuelis tanta commendatio? Turpi potius pars hæc extrema Samuelis vitam obscuraret notâ, quam illustraret encomiâ. Quis porrò sanus sibi persuadeat ad figuratâ aut phantasticâ Samuelis oratione contra impietatem, quam ipse induxerat, et omni studio firmare laborabat, aliquid diabolum

fuisse molitum? Propheciâ præterea non est ab inani umbrâ, neque aliquis prophetasse dicitur, nisi propriâ loquatur voce, qualis hæc fuisse dicitur. Non autem vox esset Samuelis, si à diabolo fuisset in Samuelis imagine formata. Præterea ostendisse dicitur Samuel regi finem vite suæ, quòd sanè Samuel alibi fecisse non legitur, nisi hoc loco; quare si hunc esse verum Samuelem non putemus, nullum inveniemus locum hujus prophetiæ.

Jam reliquum est, ut illis tandem occurramus, quæ nostræ communique sententiæ ab aliis opponuntur. Et primùm fatemur aliquarum contingere, ut figura atque umbræ, rei figuratæ partes et proprietates tribuantur. Sic qui in somnis speciem vidit Passi, aut Christi, Christum se vidisse dicit. Sanè Pharo neque spicas viderat, neque vaccas ad ripam Nili, aut Nabuchodonosor prius statuam, deinde arborem; et tamen ille vidisse se dicit in quiete spicas et vaccas, et hic arborem et statuam. Sed planè, ut vides, multa hic dicuntur, et c. 46 Ecclesiastici, quæ non lenè in umbram conveniunt; et cum verba Samuelis sonent, neque in verborum proprietate aliquid videatur absurdum, verborum omnimoda proprietates deserenda non est.

Neque illud plus habet difficultatis, quòd dixit Samuel: *Cras tu et filii tui mecum eritis;* quibus verbis significare videtur Samuel, eodem futurum esse loco Sautem, quo ipse fuisset, id est, in Abrahæ sinu, justorum nimirum receptaculo. Sed est alia omninò hujus loci sententia: nihil enim aliud Sauti Samuel significare voluit, quàm excessurum è visis esse Sautem, sicut ipse excessit, et aggregandum esse defunctorum numero. Qui loquendi modus usitatus est Hebræis, qui dum aliquem mortuum esse significant, hoc fermè modo explicare solent: *Appositus est ad parentes, seu aggregatus est cum mortuis; esse, aut, recesserit, quod non tant ad animam, quàm ad corpus pertinet.* Quòd etenim ad corpus attinet, in hoc seculo eadem penè sanctorum et impiorum conditio est, imò hominum ac belularum, ut considerabat Ecclesiastes c. 3, v. 19: *Unus interitus est hominum et jumentorum, et æqua utriusque conditio: sicut moritur homo, et illa moritur.* Samuel igitur nihil hic de loco animabus destinato affirmat, sed de sepulcro et pulvere, in quem dissolvenda erant Sautis ac filiorum corpora. Et quidem qui ita loquuntur: *Omnes metam veniemus ad unam;*

æquâ lege necessitas sortitur inaignes et imos; omnium idem est exitus: et similia, de corpore tantum loquuntur; nam animarum ipsi etiam gentiles magnam agnovère diversitatem. Et in Scripturâ sæpius audimus aliquos appositos esse ad parentes suos, aut cum parentibus dormisse, quorum vita et mores fuere dissimilimi.

Quòd verò hic videtur esse difficillimum, quòdque plurimos eò perpollit, ut non veram Samuelis animam, sed præstigiosam umbram esse putaverint, suam quoque solutionem habet non difficilem. Dicunt enim hi excitatum esse Samuelem à Pythonissâ necromantide, ut satis à literâ significari putant, et impium esse existimari viri sanctissimi animam dæmonis imperio, et evocatione mulierculæ vilissimæ, suam relinqueret quietem, et piorum consortium, imò è Dei manu reluctantis, et ipsam quoque reluctantem divelli: *Justorum enim anima in manu Dei sunt.* Si excitatum esse dicamus à Pythonissâ, idem ego, quod isti, libens confiterer; neque enim prudens aliquis, opinor, admitteret, veram alioquin animam, viri præsertim sancti magis incantationibus è suis sedibus, in quibus à divinâ supremæque potestate collocata fuerat, evocari posse. Dico igitur Samuelis animam evocatum à Deo, non à necromantide, neque magicas artes in evocationem illam quicquam operatas. Quare si tunc artis magicæ vires omnes exprømpsi Pythonissæ, et illâ exerceente necromantica leges anima Samuelis apparuit, non tamen virtute aut potentâ carminum excitata est, sed à Domino missa in Pythonissæ atque Sautis oculos emersit.

Sed, ut verum fatear, persuadeo mihi nunquam potui ad evocandam Samuelis animam aliquid operatum esse Pythonissam, aut eorum aliquid, quæ leges præscribit necromantica tentasse, quòd putavit supra Bellarminus; sed antequàm expeditet applicaretque veterariæ illius artis instrumenta, et carmina proferret necromantica, excitatam fuisse à Domino Samuelis animam, et eventu ipso subsecuto, præventum et occupatum fuisse magicum studium. Quòd his mihi rationibus persuadeo: Primùm, quia simul atque affocutus est Sauti magam illam, liberavique meta, quem ex ipsius Sautis contra maleficos edicto conceperat, apparuit Samuelis anima. At sacrâ illâ necromantica, et quæ solennis et legitimum, multum desiderabant temporis; quòs ego nunc omitto, quia res est molestâ, et

minis fortassè necessaria. Tantùm adducam, quæ apud Senecam, ut manes evocaret Laii, fecisse dicitur Thesias; neque mihi dubium est, has leges impositas à diabolo omnibus ubique necromanticis et omnibus ubique regionibus esse communes. Sic autem in OEdipo Seneca :

*Tunc fossa tellus, et super rapti rogis
Jacuntur ignes. Ipse funesto integit
Vates amictu corpus, et frontem quatit;
Lugubris imos palla perfundit pedes;
Mortifera canam taxus astringit comam;
Nigro bidentes vellere, atque atræ boves
Retrò trahuntur; flamma prædatur dapes,
Vivumque trepidat igne ferali peens.
Vocat inde manes, teque qui manes regis,
Et obsidentem claustra lethalis lacus.
Carnemque magicum voluit, et rapido minax
Becantat ore, quicquid aut placat leves,
Aut cogit umbras. Irrigat sanguis focos,
Solidasque pecudes urit, et multo specum
Saturat errore. Libat, et nivem insuper
Lactis liquorem fundit et Bacchum manu
Lævâ, cœntique rursus, et terram intuens
Graviore manes voce et attonitâ ciet.*

Nec pauciora ad opus idem necromanticum adducit Lucanus l. 6, et Horatius satyrâ 8, eosdem penè ritus et leges in feminâ quâdam veneticâ ac necromantidè describit. Quantum putas temporis in his parandis atque exhibendis hæc femina Pythonissa consumeret? At statim, absque ullâ morâ, et absque hoc magico apparatu, apparuisse dicitur Samuel.

Secundò, quia turbata est vehementer Pythonissa, quod ex eo videtur contigisse, quia non eo modo atque habitu egressa est Samuëlis anima, quo reliquæ, quæ à magicis evocantur carminibus, seu potius, quia prius apparuit quàm adhibiti essent et necromanticus ritus, et magica vis.

At dices: Si Deus aperire voluit Sauti, quàm difficilis illum manebat exitus, cur in tempus illud distulit, in quo videri potuit factum à Pythonissâ, aspirante atque favente diabolo? Respondeo primò, Deum expectâsse tempus, quod maximè videbatur opportunum, ut illud etiam peccatum lueret Sauti, quod consulto Pythonæ recens admerat. Et quia tunc maximè ad angoris atque curarum levamentum, quid futurum, aut quid facto opus esset, scire cupiebat. Ad illud igitur tempus servavit responsum illud durum, quando videbatur fore gravissimum. Deinde quia futurum forsitan

videbat aut gratum, aut dubium, et omnino falsum futurum diabolus responsum; illud fraudes prævertere voluit oraculo verissimo, quod licet regis auribus minis accideret iucundum, erat tamen magis illi rerum articulo conveniens, ut cognito prius crastino infortunio, et inevitabili morte, aut aliter res disponeret Israeliticis, aut quod multò verius est, ut grandia, et jamdiù peccata coherencia, maturâ penitentia deleret. Hæc mea conjectura est, quæ à Dei naturâ mitissimâ non abhorret. Jam ad textum.

Dicunt Hebræi, ut tradit Hieronymus in Tradit. Hebr., hæc Pythonissam matrem esse Abner, et tanti viri et principis militiæ causâ non fuisse cum reliquis veneticis occisam. Sed quâ id conjecturâ cognoscere poterint, non video. Non video minis cum hæc opinione congruere, quòd ut Abner erat ex tribu Benjamin, sic etiam illius mater in eadem tribu commorari debuit: at Endor, ubi illa vivebat Pythonissa, erat in tribu Issachar. Deinde, quia cum illa esset uxor Ner Sautis fratris (Ner enim filius erat Cis, supra cap. 14, v. 16), non poterat ignorare Sautem; at illum non agnovit, nisi postquam apparuit Samuëlis anima, à quâ didicist Sautem esse illum, quem, quia vulgarem habitum assumpserat, aliquem è vulgo fuisse credit. Adde, quòd ex Hebræorum sententiâ, ut dicit Lyra, unus è duobus Sautis sociis fuit Abner, ex quo ipsa discere, aut conjectare potuit illum esse Sautem; neque enim militiæ princeps comitaretur alium (1).

VERS. 12. — CUM ATTEM VIDISSET MULIER SAMUELEM, EXCLAMAVIT (2). Vidit utique statim

(1) VERS. 8. — MUTAVIT HABITUM SUUM, ne feminam terretet, neve exercitus animis despicerent, si forte absentiam suam, hæc præsertim de causâ, assecuti fuissent.

VERS. 11. — SAMUELEM MIHI SUSCITA. Agnoscimus hic vetustatam necromanticam, quæ dogmatis de immortalitate animæ consecutio est et appendix. Gloriabantur magi, se eâ virtute evocandi ex inferis animas pollere, constituendique mortalibus presentes, ad futurorum arcana reseranda. Horatius libro 1, satyrâ 8 :

..... Crur in fossam confusus, ut inde Manes elicerent, animas responsa daturas.

(Calmet.)

(2) La femme ayant eu paraître Samuël, jeta un grand cri. La surprise si extraordinaire que cette femme témogne par ce grand cri, fait voir qu'elle ne crut nullement que cette apparition de Samuël fût un effet de son art magique, mais qu'elle fut persuadée au contraire que ce qu'elle voyait devant ses yeux venait d'une cause plus qu'humaine, dont la vertu était inconnue à cette noire science dont elle

antepam expectaret illum esse venturum, quia illa nondum leges implerat necromanticas, neque Thesalicis carminibus evocaverat; aut quia non illo modo apparebat illa animata

faisait profession. Aussi les interprètes de l'écriture demeurent d'accord que cette apparition de Samuël se fit par un ordre particulier de la justice de Dieu; et ils l'expliquent en deux manières.

Les uns croient, selon le sentiment de saint Augustin, que le démon qui se transfigure en ange de lumière, se présente alors à Sauti sous la forme de Samuël. Il lui dit néanmoins des choses très-justes et très-véritables, parce que Dieu le lui avait commandé. Ainsi nous voyons dans l'Évangile que les démons rendent témoignage à la divinité du Fils de Dieu, et qu'ils déclarent dans les Actes par la bouche d'une possédée qui avait l'esprit de Python aussi bien que cette femme, que saint Paul et saint Barnabé étaient les serviteurs du Dieu vivant, qui amonçaient aux hommes la voie du salut. Car Dieu agit avec un pouvoir souverain, non seulement sur les hommes les plus méchants, comme il a prophétisé autrefois par la bouche de Balaam et de Caïphe, mais par les démons mêmes, et il est si grand que les ennemis éternels de sa vérité et de sa justice en deviennent les témoins et les interprètes quand il lui plaît.

Il y en a d'autres qui croient que ce fut l'âme même de Samuël qui apparut à Sauti, non par quelque secret de la magie, puisque cette femme lut épouvantée de ce qu'elle vit alors, mais par un ordre caché de la justice et de la toute-puissance de Dieu, qui fit que le péché même de Sauti devint son supplice. Car s'étant voulu soustraire en quelque sorte au souverain empire de Dieu, dans le désespoir où il était de ce qu'il n'avait pas voulu lui répondre, et ayant recours au démon, qui est son ennemi, pour apprendre quel serait le succès du combat qu'il devait donner le lendemain, Dieu se sert contre lui de la magie même par laquelle il avait tâché de découvrir les secrets de l'avenir, et ce prince malheureux trouve marqués dans cette école même de l'enfer les ordres du ciel. Dieu fait que l'âme de Samuël qu'il avait désiré de voir se présente à lui, et qu'elle l'assure que David contre lequel il brâlait d'une si cruelle envie, allait monter sur le trône, et que pouqu'il perdrait le lendemain en un même jour, la bataille, ses enfants, la couronne et la vie.

Saint Augustin, en répondant à Simplicien, évêque de Milan, sur ce qu'il lui avait proposé touchant cette apparition de Samuël, explique plus au long la première opinion, et il marque seulement la seconde, qu'il laisse douteuse, sans vouloir alors la décider. Mais néanmoins, écrivant à Dulcinius sur le même sujet, il semble qu'il croie la seconde aussi vraisemblable que la première, parce qu'elle est beaucoup favorisée par ce qui est dit dans l'Écclésiastique à la louange de Samuël: Samuël rendit témoignage à la vérité devant le Seigneur et devant son Christ. Il ne reçut rien de qui ce soit, et perçut rien de lui put rien reprocher. Après cela il s'endormit du sommeil des justes, et il fit

species, quo apparere solent animæ, quæ magicis eliciuntur cantibus. Ex quibus intelligitur ab alio, quàm à Pythonissâ evocatum esse Samuëlis animam.

TU ES ENIM SACER. Queritur saga illa se à Sauti fuisse deceptam, cum agere se putaret cum aliquo de turbâ, ac tandem Sautem esse cognovit, quem omnium maximè timebat. Sed quomodo tunc illi notus Sauti? Hebræi multa hic suo more delirant, finguntque, quod magis futurum esse putant ad populi plausum. Dicunt enim, ut refert Magister Hist. scholast., mortuum magicè suscitatum à pedibus primò moveri, et surgere, nisi ad regis votum suscitetur; tunc enim à capite surgit. Alii dicunt Prophetam, nisi sciscitante rege, suscitari non posse. Mihi verius videtur, quòd Josephus refert, à Samuele didicisse veneticam, Sautem esse, cujus votis esse obsecuta, aut certè à demone, quem sibi mulier illa familiarem habuit. Sed nihil est certum.

DEOS VIDI ASCENDENTES DE TERRA. Hic quoque Hebræi miri sunt: dicunt enim, ut Theodoretus refert, q. 62: « Quòd quæ per ventrilos quas reduci videntur animæ, reduebantur à pedes sursum habentes; alii autem quòd suscitæ à pedibus, ut sepeliuntur. Et idèò ventrilos quæ cum vidisset Samuelem rectum ascendentes, obstupuit, et dixit: Ego video deos. » Ac si diceret: Majus aliquid video, et divino similis in eo, quem ascendentes de terrâ video, quàm in aliis, qui magicis eliciuntur carminibus; quare opus Dei hoc esse puto: neque enim in hoc hominum genus ulli esse potuit magica potestas; imò talis est splendor, ut non aliquem è mortalium numero, sed Deum ipsum immortalem esse putem. Neque mirum, si ita senserit muliercula rudis, et falsis sæpè imaginibus delusa, cum rebus sortiditis, et speciebus assæta deformibus, nihil unquam vidisset aut augustum, aut aliquâ ratione venerabile. Est autem usitatum inter gentiles, ut quidquid eximium est, et naturam, aut statum hominum videtur excellere, Deum esse dicant, aut divino simile; à quorum ingenio non longè aberrant, qui inter Hebræos, mores, aut artes expressere gentillum.

connaître au roi la fin de sa vie. Sa voix s'éleva du fond de la terre, pour prophétiser la ruine des impies. Saint Augustin ajoute encore que l'âme même de Samuël a pu se présenter à Sauti, puisque nous voyons dans l'Évangile que Moïse après sa mort a paru véritablement avec Elie sur la montagne de Thabor. (Sacy.)

Ubi Vulgatus *deus*, hebraice est *אֱלֹהִים* *elohim*, quæ vox perquam Deum significat; aliquando autem aliquid eximium, quales sunt angeli, et iudices, et heroes: et cum sit forma pluralis, aliquando tamen verbum sibi asciscit singulare. Quare nihil hic diceret alienum à voci sive proprietate, sive usu, qui in *elohim* virum aliquem eximium agnosceret; et quidem Chaldaeus angelum reddidit. Quod verò in hæc plurali formâ res intelligatur singularis, probat Sautis interrogatio, quæ relativum subdidit singulare. *Qualis est*, inquit, *forma ejus?* Theodoretus supra probabilis censet voluisse Deum potestates sanctas ascendere cum Samuele simul, tum ut clarior appareret Samuelis gloria, tum ut ea, quæ ab illo prædicerentur, majorem haberent auctoritatem et fidem (1).

VERS. 14. — VIR SENEX ASCENDIT, ET IPSE AMICTUS EST PALLIO. Talis apparuit Samuel, qualem illum extremo vite tempore agnoverat Saut: erat enim senex, iudex, et Propheta; et licet non ex sacerdotali genere, sed ex Levitico, sacerdotali tamen munere functus est. Et eam ob causam arbitrari habuisse pallium, ex quo Saut, tanquam ex propria ac familiaris notâ, Samuelem esse cognovit.

ET INCLINAVIT SE SUPER FACIEM SUAM IN TERRA, ET ADORAVIT. Ubi ex relatione Pythonissæ didicit Saut adstare sibi Samuelem, cujus sanctitatem, et quam fuerit populo necessarius, non semel fuerat expertus, inclinavit se, quod in suppliis majorum observantia penè legitimum erat Hebraeis, et procumbens in faciem illum adoravit: sicut capite 25, v. 25, fecit Abigail ante Davidem, et David ante Saulem,

(1) VERS. 13. — DEOS VIDI ASCENDENTES DE TERRA. DEOS, id est, Deum. Hebr. enim est *Elohim*, id est, Deum, id est, hominem quendam divinum, puta Samuelem; hinc enim duntaxat vidit, ut patet ex seq. Fabulatur ergo R. Kimchi, dum ait illum duos vidisse, scilicet Moysen et Samuelem; sic et alii Rabbinii docent cum Samuele ascendisse Moysen, qui in eodem carcere clausus morabatur; unde in libro Jaleui sic dicitur: *Deus vidi ascendentes de terra*. Hinc habetur non fuisse solum Samuelem qui ascendit, sed duos fuisse, et unum Samuelem, alterum Moysen, cui Samuel dixit: *Forisitan ad iudicium vocor; veni ergo mecum, ut testificeris nullam esse verbum in lege scriptum, quod non servaverim.* Verum hic est insidiosus. Jam enim in morte sui Samuel ut caeteri homines iudicatus accepterat suam sententiam, certusque erat de sua felicitate, sicut et alii patres qui cum eo in limbo versabantur. Rorsum in libro Iudicis Samuel dicitur: *Multi justi ascenderunt cum illo.*

(Corn. à Lap.)

cap. 24, v. 9. Quare nihil hic novum fecit Saut, sed quod homo supplex ante majorem aliquam potestatem, seu excellentiam præterire non poterat.

VERS. 15. — QUARE INQUIETASTI ME? Quis dicitur locus, ubi quis quietas sibi sedes, et stabile atque pacificum domicilium nactus. Unde ferarum cubilia quietes appellavit Lucretius lib. 4:

Namque canes ut monticagæ persapè ferat

Naribus inveniant intactas fronte quietes.

Quare qui educeret aliquem è sua quiete, aut loco jam stabili et certo, ille inquietare dicitur quiescentem, maxime cum in utraque litteraturâ *requiescere* dicantur mortui, aut quod idem feruè est, *dormire*, et *jacere*. Quasi ergo segrè ferret Samuel ad auras redire, et communem hanc lucem, quam habebat invisam, de Saule queritur, quod illius operâ, aut certè ad illius votum deseruisset sedem, in qua suam sibi quietem jam agere inceperat.

CONTRACTOR NIBIS, SIVE PHILLISTHIM PUGNANT, etc. Rationem reddit Saut, cur consilium illud extremum ceperit, et illa tentaverit per maleficam illam feminam scrutari, quæ lex eo modo seiscitari non sinit, quia in eas rerum angustias adductus est, ut non consilium solum, sed etiam mens omnino defecerit. Palestini enim magnas in gentem Israelitidem instruxere copias, à quibus sibi et populo omnia timet extrema, cum recessisse Deum, à quo uno sperari poterat salus, conjecturâ multiplici didicerit, cum variâ ratione consultus responderè nonherit, sicut antea, neque per somnia, neque per Prophetas. Quare tot urgentibus in eâ desperatione malis, coactum se fuisse ad illum denique confugere, quem magistrum, et ducem fidelem et verum in bellorum administratione cognoverat, ut ab illo in eâ rerum concursatione discat, quid opus sit facio.

VERS. 16. — QUID INTERROGAS ME, CUM DOMINUS TRANSIERIT A TE? Hoc uno verbo omnia Samuel complexus est mala, quæ homini possunt in omni loco, ac tempore, et causarum omnium iniquitate contingere. Quid enim homo non metuat derelictus à Deo? Aut quod infortunium aut pestis non invadat eum, quem divine manus custodia non protegit? Quare optimè Samuel derelictum à Domino Saulem ab omni spe solatioque depellit, cum dicit inane esse consultationem omnem, et omne consilium ac subsidium hominum esse futile, si contra stet divina severitas, et

offensio hominum injuriis provocata. Et quid non speret David, contra quem immortale odium concepit, ac diù fovit Saut, cum ad illum se converterit Deus, illiusque causam patronus et vindex tueatur?

VERS. 17. — FACIET ENIM VIDI DOMINUS, SICUT LOCUTUS EST IN MANU MEA (1). Non mutavit Deus, quod ante Saül fuerat minatus, neque semel audierat à Samuelis ore. Quare hoc ipsum modò iterat Samuel, et ait ereptum Saül regnum tradendum esse ad Davidem: et causam repetit, cur eo supplicio mulcandus sit, quia videlicet divinæ voci obscutus non est, neque in delendo Amalec, quem Deus de terrâ, inò de hominum memoriâ exterminatum esset voluit, divino furori satisfacit. Addit porrò prioribus minas aliquot novas, dicitque Israeliticum populum, et castra, quæ nunc habet eo consilio comparata, ut hostium castris et viribus opponat, subactum iri Palestinarum manu, et crastinam lucem illi futuram esse postremam, in qua tam ipse, quam

(1) *Le Seigneur vous traitera comme je vous l'ai dit de sa part, parce que vous n'avez point exécuté l'arrêt de sa colère contre les Amalécites. Le maître de sa condamnation, est bien remarquable. Il lui déclare que la cause de tout ce qu'il souffre, lui des vaux où il allait tomber, est parce qu'il n'avait pas obéi à Dieu, pour perdre les Amalécites.*

Ce prophète si éclairé semble oublier en quelque sorte les autres crimes de Saül. Il ne lui reproche point le meurtre de plus de quatre-vingts prêtres revêtus de leurs habits sacrés, ni la desolation plus que barbare de toute la ville sacerdotale de Nob. Il ne lui reproche point cette haine si injuste et si cruelle dont il était animé contre David qui n'avait que du respect pour lui, et qui lui avait sauvé deux fois la vie. Lorsque Dieu le lui avait livré entre les mains. Le prophète ne lui parle point de toutes ces choses. Mais il remonte tout d'un coup à la source de tous ses désordres, et il ne lui parle que du péché de sa désobéissance, qui fut comme le premier anneau de cette longue chaîne de crimes qu'il committit ensuite, et qui la principale cause de sa réprobation. Car comme dès lors il abandonna Dieu par cette désobéissance présumptueuse, Dieu aussi l'abandonna à lui-même, et il le livra au dérèglement de son cœur.

C'est pourqu'on doit craindre extrêmement de manquer à Dieu en quelque occasion, qui est grande devant ses yeux, quoiqu'elle puisse paraître moins considérable à notre imprudence et à notre orgueil. Car alors Dieu, par un juste arrêt, retire de l'âme sa lumière qu'elle a méprisée, et elle marche dans ses propres ténèbres sans savoir où elle va. Elle tombe sans s'apercevoir qu'elle est tombée, et elle se blesse mortellement sans reconnaître même ses blessures, bien loin de les ressentir.

{ Sac. }

illius libri, quos in aciem educet, hanc auram deserit et videntium cœtum, et ad mortuorum, quorum Samuel ipse unus est, numerum accedit.

Ille nobis explorandum, an una tantum Pythonissa Samuelem viderit ascendente, et unus tantum Saül loquentem audierit. Quod ad priorem partem attinet, putant Abulensis q. 29, Lira hic, et Dionysius, uni tantum veneficæ feminæ visum esse Samuelem. Quod idèo probant, quia si Saül spectrum illud animatum quodammodò vidisset, non quæsisset à Pythonissâ, qualis esset forma; ipse enim spectare potuisset singula, neque alienis indigeret oculis ac voce.

Sed objiciet hic aliquis, à Pythonissâ videri evocam Samuelis animam, quando illi uni tantum apparuit. Respondeo, non sine gravi causâ illi præter caeteros oblatam esse, ut illius testimonio et ipsa nosset, et alii ab eâ discerent, quanta esset, quamque illustris Samuelis anima comparatione aliarum, quas ipsa cantionibus magicis solita esset in lucem evocare. Nam primum videtur se dixit ascendentes è terrâ deos, id est, aliquid humano majus, cujus majestate deterrita est. Ad prius licet artem illam necromanticam diù exerceuisset, et sepe, nihil ejusmodi unquam viderat: reliquæ enim animæ, quæ magicis elicit carminibus existimantur, obscuræ sunt, et idèo communiter vocantur umbræ tristes, squalidæ, quarum te potius species terreat, quam delectet, potius contemptum, quam dignitatem ullam et venerationem præ se ferat. Sic sanè poète ex eo, quod suo frequenter evenit, cum evocantur manes, aut cum illud sese dormientium, ut etiam vigilantium oculis objiciunt, obscuri finguntur, et nubili, quosque vix aut agnoscas, aut audias. Sic sanè de Didone Virgilius lib. 6:

Quam Troius heros

Ut primum juxta stetit, agnovitque per umbram Obscuram (qualem primo qui surgere mensæ Aut videt, aut vidisse putat per nubila lacum). Primum mensem vocat primum diem mensis, quando neque lycei oculi discernere possant nascentem lunam. Eodem modo evocatas animas exsangues et nubilas describit Seneca in Oedipo act. 5.

Convocat Ditis feri

Exaque vulgus, illicè ut nebula levis Voltant, et auras libero cœlo trahant.
Cum ergo aliquid obscurum et informe ad illud usque tempus vidisset Pythonissâ, et

nunc aliquid videret majus et illustrius, idque admiranda non obscenè significasset, planè ostendit aliquid esse magnum, quod apparuerat, quod aliorum nemo discernere ac judicare poterat; unde et Samueli aliquid accesserat gloria, et illius verbis magna conciliabatur auctoritas. Hanc ob causam opinor oblatam fuisse Pythonissæ Samuelis animam. Quod quispiam dicat, vidisse quoque Saulem, neque tamen, cum severus esset, et torvus Samuelis vultus, singula notare potuisse, atque idè eà de re maleficam rogasse, in quâ plus esset animi, non me ad suam cogitationem difficilem habebit. Quia reverà timidus atque turbatus animus, quicquid rebus horribilibus, quales sunt illorum anime, qui ex vivis abierunt, et larvæ formæ, videndis assefactus non est, nequit de rebus judicare, imò neque res ipsas intueri libere.

Quod ad secundam questionem atinet, communis est sententia, ut tantum Saül audita fuisse Samuelis verba. Ita Abulensis, et Lyra, Dionysius, et alii. Quod idè sibi persuadent, quia cum Saül examinatus cecidit ad verba Samuelis, Pythonissæ ingressa est ad illum, ut relevaret lapsum, ciboque reficeret. Neque enim ingrederetur locum, ubi Saulem Samuel allocutus fuerat, in quo sine dubio cecidit Saül, nisi prius fuisset egressa. Saül porro, ut solus futuros rerum eventus acciperet, exclusit foras non solum maleficam feminam, sed etiam duos socios, quos secum attulerat; qui sanè si durum audissent Samuelis oraculum, hortarentur illum, aut ne rursus repeteret castra, ubi sibi crastino die pereundum audierat; aut certè, quando tradenda erant in hostium manus Hebræorum acies, alter de illis quam antea decerneret. Hanc fuisse causam arbitror, cur unus Saül loquentem Samuelem audierit. Non nego alios etiam interesse potuisse, neque tamen audisse, aut vidisse quidem. Quod in similibus visionibus et auditis temporibus nostris, et antiquis non semel contigisse legimus. Daniel capite 10, v. 7, solus vidit visionem, et sermones audivit, quæ fuerunt ejusmodi, ut nihil in eo virium reliquerint, et in terram exanimatus ceciderit, sicut modo Saül. Idem penè de Pauli sociis dicitur, Actor, cap. 9 et 22. Utro horum modorum contigerit, incertum est; audisse præter Saulem neminem, magis probabile.

Dubitari præterea posset, an Samuelis anima assumpto proprio, vel alieno corpore se videndam obtulerit. Communiter auctores ap-

paruisse dicunt in corpore aereo. Ita Abulensis q. 55, et sicut Moyses in transfiguratione, et angeli, cum apparent, corpus sibi formant et aptant ex aere, ut dicit S. Thomas in capite 17 Math., sic etiam Samuel non corpus resumpsit proprium, quod jam extabueraat, sed aliud sibi finxit ex alienâ materiâ (1).

VERS. 20. — STATIMQUE SAUL CECIDIT FORRECTUS IN TERRAM. Non potuit Saül Samuele tonante ac fulminante subsistere, atque idèo quantus quantus erat collapsus est. Illius porro casus duæ assignantur causæ, et quæ gravissimæ fuere Samuelis minæ, quæ illum integris viribus et benè pastum omninò dejectum, quis enim ad vicinæ mortis nomen

(1) VERS. 19. — CRAS TU ET FILII TUI MECUM ERITIS. Duo in hoc textu queruntur: 1° An prælium illud, in quo Saül interfectus est, mane alterius diei ab hac visione contigerit; 2° an Saül æternâ damnatione reprobatus fuerit, deductusque ad inferos cum dæmone, qui verba ad ipsum fecisse creditur. Ad primum quod attinet, constat, vocem *cras* non semper proprie usurpari, sed et indicare frequentèr tempus futurum et indefinitum, uti: *Cum interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? Respondebis ei: In manu forti educat nos Dominus de terrâ Ægypti.* Et: *Quando interrogaverit vos filii vestri cras, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis: Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini.* Sed in hoc, quem versamus, loco, maxime probabile est, vocem *cras* ad litteram usurpari oportere; nihil enim nos cogit aliter dictum accipere. Saül itineri se dedit vespere, ut veniret in Endor, locum castris suis satis vicinum. Consultare potuit commode Pythonissam, apud illam cenare, et ad castra regredi, antequam dies adolesceret. Philisthæ prælium intulerunt, in quo Saül victus cessit; fuso autem ingratæ exercitû, gladio se transfodit. Hæc omnia absolvi commode poterunt mane alterius diei ab eâ die vel nocte, quâ Pythonissam consulit. Alter tamen Usserus explicat, cum aliquot dies à consultatione Pythonissæ ad prælium Gelboe fluxisse arbitretur.

Alterâ questio de salute regis nihilò majori difficultate solvitur. Si enim Saül necem sibi violentam intulit, ut docet Scriptura capite 51, 4, quis de æternâ ejus reprobatione ambigat? Illata enim sibi violenta mors crimen est à Deo æternis supplicii puniendum. Si rex interficiendum se tradidit Amalecite, ut ille gloriatur capite 1 libri sequentis, nihil æquius de illo statuendum est; parus est enim formè criminis, necem sibi per se ac per alium consciscere. Itaque sententia, quæ Saulem ad reprobos et damnatos rejicit, communi Patrum atque Interpretum suffragio admittitur. Ne verò in longum examen questionis hujusce de salute vel reprobatione Saulis veniamus, reputandum est, verbis illis Samuelis vel dæmonis: *Cras tu et filii tui mecum eritis*, nihil aliud quam futuram ejus mortem designari: *Cras* ad alteras mundi plagas, ad mortuos scilicet, venietis. (Calmet.)

non exhorruit? et quia totam illam diem, et noctem jejunos transegerat. Hebræus habet, *totâ die, et totâ nocte.* Unde necesse erat, ut languerent vires, et ille non procul abesset ab exanimi.

VERS. 21. — INGRESSA EST ITAQUE MULIER AD SAULEM. Egressa fuerat, ut appareret, mulier, sicut alii etiam Saulis socii, ne conscit essent eorum, quæ ipse à Samuele doceri aut vovuit, aut potuit. Quare ut primum in terram exanimatus cecidit Saül, quem casum, ut est verisimile, consecutus est genitus, eo excitata est venefica mulier, et statim occurrit, ut illius causâ artem exeret necromanticam, cui indictum esset capitale supplicium.

POSTI ANIMAM MEAM IN MANU MEA. Hebræorum est proverbium, quod certum significatur vitæ discrimen. Quo usus est Jonathas ad patrem de David supra, cap. 19: *Posuit animam suam in manu suâ, et percussit Philisthæum.* Job, cap. 15, v. 14: *Animam meam porto in manibus meis.* Ps. 118, v. 109: *Animam meam in manibus meis temper.* Unde sumatur metaphora, non est conjectare difficile. Nam quæ manibus tenemus, illa variis sunt exposita periculis, nempe ut excidant, aut eripiantur è manibus; quia alia, quæ gestantur omnia, alligata sunt corpori, ut patet de vestimentis et ornamentis omnibus (nam Hebræis nullum esse capitis tegumentum, res est nota): quare difficile excidunt, aut detrahuntur è corpore. At quæ manu gestantur, soluta sunt, et si compressam manum explices, continuo excidunt. Cùmque manus, quæ omnium operum administræ sunt, expeditas esse oporteat, si quando aliquid nobis faciendum occurrat, id, quod erat in manibus, confestim abjicimus, quare proximum est ut pereat, ut ipsa docet experientia. Adde, quòd aliis ea, quæ in manibus sunt, quæque faciliè porrigi possunt, faciliè appetuntur à curiosis oculis, faciliè ab his, qui minus belli sunt et urbani, petuntur, et non nisi difficile negantur. Quare quæ manu geris, perinde habere debes, atque si aliena forent. Hæc ratio est, ut opinor, hujus proverbialis metaphoræ; alii alias adducunt. Quocirca qui in manibus dicit animam suam portari, nihil aliud significare vult, quam vitam suam pro-

ximam esse periculo; sicut illa conservari non possant diu, quæ gestantur in manibus. Longè alia sors est illorum, quorum animæ sunt in Dei manibus; de quibus Sap. cap. 3, v. 4: *Iustorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.* Et Deut. 33, v. 4, de Deo: *Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt.* De his dixit Christus Joan. 10, v. 28: *Oves meæ non peribunt in æternum, et non rapiet eas quisquam de manu meâ. Et nemo potest rapere de manu Patris mei.* Qui locus mirificus est pro obedientiâ, per quam vir religiosus animam suam et seipsum in manu Domini constituit, ut de se suo tantum arbitratu disponat.

ET POSAM CORAM TE BUCCELLAM PANIS. Hoc penè proverbiale est apud Hebræos, ut cùm parcum aliquid et tenue alteri convivium offerunt, modestiæ gratiâ *buccellam* appellent *panis*, quia hæc maxime est frugalis et tenuis. Quid sit *buccella*, aut cur *panis* dicitur *buccellatus*, diximus in nostris Commentariis super Actum, capite 2, v. 46, ad illud: *Frangentes circa domum panem.* Quæ hunc in locum transcribere non erit abs re, quia non minus hic quam illæ necessaria.

Hæc de re optinè Baronius 1 tomo Annal. anno 58, ubi dicit, accepisse se à Babbino judaica antiquitatis peritissimo, solitos esse olim Judæos panes ita fingere, ut profunda linea in decussim trajecta illos ita distingueret, ut crebra ac minute tanquam areolæ conclusæ lineis per totam panis faciem relinquerentur, quæ *bucelle* vocantur. Sanè apud Romanos panes in quadras distingui notum est. et probat satis Virgiliî moretum, ubi in fingendis placentis rustica mulier hunc ordinem servasse dicitur. Non tamen credo quadram dici quartam partem panis, ut est communis fermè hominum existimatio, sed quadratam illam buccellam, quam lineis transversis descriptam esse diximus. Idque mihi persuado, quia *βουκέλα* est panis juxta rationem nominis, qui buccellatim distinguitur: at nemo buccellam dicit quartam partem panis; sed *blomillus*, ut inquit Athenæus lib. 3, est quem Romani quadratum appellant. Item quia plurimas esse quadras in placentis tradit Martialis libro 9, epigram. 92:

Et plurima secta quadra de placentâ,
Quod de quatuor partibus dici non solet. Et idem lib. 6, epig. 74, quadram aliquid esse nimum, ac vile indica.
Cum mittis turdum mihi, quadramve placentæ,
Sive fenum leporis, sive quid his simile,

Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicitis.
Eccc quomodo quæ prius *quadra*, nunc *buccella* dicitur. Accedit, quod cum panis rotundus sit, ut in moreto docet Cybele, de qua Virgilius :

Jamque subactum

Format opus, palmisque suum dilatat in orbem.
Et notat impressis æquo discrimine quadris,
Non bene quarta pars appellaretur *quadra*, quia quarta pars circuli quadrari non potest. Et quidem instrumenta mensurarum, quibus suppositis minutim epulas concidimus, tunc *quadrae* dicuntur, si quadrata fuerint; si rotundæ, dicuntur orbis. Adde quod Hesiodus 2 lib. Operum et Dierum, meminit panis in triginta duas *buccellas* disseci, *ἀγρίν διωρίζων τετραπέριον ἑξήκοντα*. Quod Joannes Lxxv ibidem ita explicat, ut panis quatuor habeat incisiones, easque in crucis similitudinem trajectas, ita ut quælibet octo *buccellas* habeat, quæ efficiunt triginta duas *buccellas*. Errant igitur, qui putant apud Hesiodum, panem in octo *buccellas*, aut *quadras* esse divisum; neque enim quocumque modo quatuor lineas in solido describas, octo possunt ellici partes. *Buccellati panis* meminit Ammianus Marcellinus, lib. 7; Spartianus in Pescennino, et Paulinus, et Thersias in Epist. 36 inter epistolæ Augustini. Panis autem ille est, qui ad diuturnitatem excoquitur, qui vulgò *bis coctus* dicitur, aut *nauticus*: qui idèò in *buccellas* distinctus est, ut sulci in pane altius impressi intima etiam nuda atque aperta torrentibus flammis exhibeant. Neque aliam ob causam puto panem à Romanis trajectis in adversum lineis incidi.

Idem etiam in usu esse apud Hebræos indicat modus ipse loquendi: nam *frangi panis* dicitur, *fragmen*, et *fragmentum panis*, et *buccella* nomen frequens. Quod verò manu tantum frangi poterint supra dicti panes, faciabant incisiones illic, seu lineæ profundæ, quæ *buccellas* quadrabant.

VERS. 25. — QUI RESUIT, ET DIXIT: NON COMEDAM. Eò adductus est Saut severè illà Samuelis denuntiatione, ut libenter videretur eum honestè et voluntariè mortem futuram ignominiam et mortem commutaturus, quam ab hostili ferro metuebat. Quare cum ab inedia mallet perire, quam à ferro, negavit sumendum esse cibum, cum tamen neque toto illo die, neque nocte, ut est in Hebræico textu, quicquam gustasset. Seu certè, quia in summo dolore ac desperatione aliquod existimatur

consolationis genus, nullam consolationem admisisset. Sic apud Senecam Oedipus in Thebaide Act. 1: *Unica Œdipo est salus, non esse saltem.* Coactus tamen mulieris et sociorum precibus, surrexit de terrâ, ubi prostratus ante jacuerat, et sedit super lectum, nempe triclinarem, ut mos illius temporis ferebat, quem ab Ægyptiorum convictu, apud quos diù inveterat, traxerunt Hebræi, ut ibi oblatos à Pythonissâ cibos acciperet (1).

VERS. 24. — MULIER AUTEM ILLA HABEBAT VITULUM PASCUALEM (2). *Pascualis vitulus* est, qui aliter vocatur *saginat*, et *altit*, quem ad delicias, seu similes usus alunt domi viri, qui sunt paulò lautiores; qualis videtur esse hæc venefica mulier, cum etiam lectulos habuisse videatur discubitorios, seu triclinares. Tales certè habuit pater ille, qui apud Lucam cap. 15, filium, qui dissipatâ substantiâ suâ domum reversus est, admisit, in cujus adventum vitulum alium pascualem et *saginat* occidit.

TOLLENSQUE FARINAM MASCUIT EAM, ET COXIT AZYMA. Ille cibus facillè parabilis est; quod item fecisse traditur Abraham, Genes. cap. 18, dum pro trium angelorum convivio vitulum occidit, et dixit Saræ: *Accelera tria sata simule, commisce, et fac subcinericios panes.* Quos hic appellat Abraham *subcinericios*, ille nunc dicitur *azyzi*; neque enim his fermentum additur, neque adhiberi poterat, quia omnis moras erat Saut impatiens, et fermentatio non brevem moram exigebat.

VERS. 25. — ET AMBLAVERUNT PER TOTAM NOCTEM ILLAM. Plurimum ex illâ nocte absumpsisse videbatur nocturnum illud negotium, quod sanè brevi tempore absolvi non potuit. Quare quicquid erat spatii ad castra usque, ex quibus paulò ante discesserant, magnâ celeritate conficiendum fuit. Ille Hebræi multa de Saulis fidelissimâ constantiâ, qui cum videret

(1) *SEDIT SUPER LECTUM.* Sederant olim veteres super lectos in cubiculo, uti nos hodie super cellas. Lectis hisce mēbantur vel tantum modo ut quietem, vel ut cibum caperent. Lectus autem fortassè convivalis erat. Pinnæ enim convivali lecto insidentem, narrantemque eventuum suorum historiam, exhibet Virgilius *Aeneidos* 2:
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.
(Calmet.)

(2) Septuaginta pro *vitulo pascuali* legunt: *Vitulum incientem.* Auctor Vulgatæ non rarò reddit Hebræum: *Vitulum de armento.* Bochartus, *vitulum ligyriensis*, vitulum in stabulo detentum, ut *saginetur*; quæ genuina est originalis interpretatio. Malunt alii: *Vitulum altigatum ad trituram.*
(Calmet.)

sibi eodem, quo appulisset, die, oppetendam esse mortem, desse tamen sibi maluit, quam suis, reique publicæ: et cum nosset

CAPUT XXIX.

1. Congregata sunt ergo Philistiim universa agmina in Aphec; sed et Israel castrametatus est super fontem qui erat in Jezrael.

2. Et satrapæ quidem Philistiim incedebant in centuriis et millibus; David autem et viri ejus erant in novissimo agmine cum Achis.

3. Dixeruntque principes Philistiim ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philistiim: Num ignoratis David, qui fuit servus Saul regis Israel, et est apud me multis diebus vel annis, et non inveni in eo quidquam ex die quâ transfugit ad me usque ad diem hanc?

4. Irati sunt autem adversus eum principes Philistiim, et dixerunt ei: Revertatur vir iste, et sedeat in loco suo in quo constituisti eum, et non descendat nobiscum in praelium, ne fiat nobis adversarius cum præliari cœperimus; quomodo enim aliter poterit placare dominum suum nisi in capitibus nostris?

5. Nonne iste est David cui cantabant in choris dicentes: Percussit Saul in millibus suis, et David in decem millibus suis?

6. Vocavit ergo Achis David, et ait ei: Vivit Dominus! quia rectus es tu et bonus in conspectu meo; et exitus tuus et introitus mecum est in castris; et non inveni in te quidquam mali ex die quâ venisti ad me usque in diem hanc; sed satrapis non places:

7. Revertere ergo, et vade in pace, et non offendas oculos satraparum Philistiim.

8. Dixitque David ad Achis: Quid enim feci, et quid invenisti in me servo tuo, à die quâ fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam et pu-

hostili ferro suum devotum esse jugulum, non tamen sic illud exhorruit, ut non audacter in medios inimicorum cuneos irruerit.

CHAPITRE XXIX.

1. Cependant toutes les troupes des Philistins s'assemblerent à Aphec, et Israël de son côté vint camper à la fontaine de Jezrael.

2. Les princes des Philistins marchaient à la tête de leurs troupes, de leurs compagnies et de leurs régiments; et David, accompagné de ses gens, était à l'arrière-garde avec Achis.

3. Alors les princes des Philistins dirent à Achis: Que veulent ces Hébreux? Achis leur répondit: Est-ce que vous ne connaissez pas David, qui a servi Saul, roi d'Israël? Il y a nombre de jours ou même quelques années qu'il est avec moi, et je n'ai rien trouvé à redire en lui depuis le jour où il s'est réfugié auprès de moi jusqu'aujourd'hui.

4. Mais les princes des Philistins se mirent en colère contre lui, et lui dirent: Que cet homme-là s'en retourne, qu'il demeure au lieu où vous l'avez mis, et qu'il ne se trouve point avec nous à la bataille, de peur qu'il ne se tourne contre nous au milieu du combat; car comment pourra-t-il autrement apaiser son maître que par notre sang?

5. N'est-ce pas là ce David à qui ceux qui dansaient disaient dans leurs chants de réjouissance: Saul en a tué mille, et David dix mille?

6. Achis appela donc David, et lui dit: Vive le Seigneur! pour moi je ne trouve en vous que sincérité et fidélité; j'approuve la manière dont vous vous êtes conduit à l'armée; vous n'avez point fait de démarche dans mon camp qui ne m'ait agréé, et vous ne m'avez donné aucun sujet de plainte depuis le temps où vous êtes venu auprès de moi jusqu'aujourd'hui; mais vous n'agréz pas aux princes.

7. Retournez-vous-en donc, et allez en paix, afin que vous ne blessiez point les yeux des princes des Philistins.

8. David dit à Achis: Qu'ai-je donc fait, et qu'avez-vous trouvé dans votre serviteur, depuis le temps où j'ai paru devant vous jusqu'à ce jour, pour ne pas me permettre d'aller avec